Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Audax grammaticus, De Scauri et Paladii Libris (Excerpta de nomine)

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

rauit a coniunctione. Separauit a p(re)positione. Adhuc a duab(us) n(on) separauit
a pronomine scilicet & participio. Nam casus accidunt pronomini & participio.
Quid ergo separat nomen ab illis. persona aut tempus. Nam persona pronominib(us)
est conueniens. participiis tempus. Istae sunt ergo perfectae definitiones.
Nomen est pars orationis cum casu. Ideo dixi cum casu. quia nullum nomen est sine
casu. Quid est sine casu. Sine omni casu. Ceterum sine aliquo casu nom(en) potest inue
niri aut unius casus. Ut sponte. tabo. natu. aut duorum ut iuppiter. aut trium. ut nequam
aut IIIIor. ut huius latris. huic latri. hunc latrem. ab hoc latre. Sine casu autem non potest in
ueniri nomen. Nam mox ut nascitur nomen. habet ipsum appellationis suae casum. Ideo definiuit.
Addit deinde corpus aut rem. corporalia & incorporalia. Dicunt gramatici.
Videns quid dicant philosofi. ut oratores. Inde gramatici corporale dicunt.
quod uidetur & tangit; Incorporale. quod nec uidetur nec tangitur.
Significat autem. aut propriae. aut communiter. Propriae si dicas. hector. & comuniter
si dicas. homo; Proprium est. quod unius est. Comune quod multorum; Nomen proprium
numerum pluralem. nunquam recipit. nam quod proprium est. unius est. Quod unius est
numerum pluralem non recipit. DE NOMINE APPELLATIUO. Homo. & ego
homo. & tu homo. & ille homo. & alii homines. Si ergo appellatiuum est. quod
multorum. quare recipit numerum singularem. Quemadmodum proprium non recipit nu
merum pluralem. Sic & appellatiuum non recipere (debet) singularem. Sed hic facilis ratio est
quam in proprio. Nam ubi unus est. multi non sunt. Ubi autem multi sunt & iam unus est. Appellatiua
quae sunt propria. Quae autem propria sunt fieri appellatiua non possunt. Victor dicitur a uictoria.
felix a felicitate; Ergo sub hac significatione appellatiuum est. Victor dicitur
enim a uictoria & pater filio suo hoc nomen inponit & uocatur aliqui uictor. aut felix
& fit ex appellatiuo nomen proprium. ista est difinitio nominis; Qualitas nominum
diuiditur in duas partes. aut enim proprium est nomen. aut appellatiuum. plus non facit
qualitas. INCIPIUNT ARTES AUDACI DE SCAURI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA;

uuolfuinus.

Δ Quid est nomen? M. Nomen est pars oratio-
nis cum casu significans rem corporalem, ut
homo, seu incorporalem, ut pietas.
Δ Quae sunt quae accidunt nomini? M. Qualitas
scilicet, qua quaeritur utrum nomen sit proprium
an appellativum; Genus, quo apparet
masculinum sit an femininum vel neutrum; Nu-
merus, quo apparet singulare sit an plura-
le; Figura, qua apparet simplex sit an com-
posita; Casus, quo declinantur de casibus.
Δ Casus quid est? M. Gradus quidam declinati-
onis. Δ Unde dicitur casus? M. Quod postea
pleraeque nomini ea prima sui positione inflec-
tantur et cadunt. Δ Quare pleraque et nomi-
na? M. Sunt enim quaedam vocabula quae per ca-
sus flecti non possunt, ut puta velud nequam,
frugi, nihili, nugies. Δ Quot sunt casus decli-
nationis? M. Sex. Δ Qui sunt? Nominativus, genitivus,
dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Sed a cadendo casus dicti.
Δ Quomodo nominativus casus dici potest?
Quia adhuc in suo est, nec a prima positione
sui cecidit. Δ Quod fit a genitivo casus
esse incipiunt ac per hoc vi sunt? M. Dicimus enim
non aliter nominativum quoque casum dici esse
quam ut in gradibus quos ascendimus illum dici
a quo in summo est gradum dicimus. Cum alioqui
ad superiorem planitiem aequalis sit. Nec
fiat gradus nisi de positio sequentis quo
exemplo genitivum per quem cadit. Nomina-
tivus quoque id casus est. Sed addunt etiam
nonnulli quamvis sine nomine septimum casum.
Δ Qui est septimus casus? M. Qui quasi speciem
ablativi habet, nec tamen ablativus est.
Qui esse per accusativum liquidius explicatur. Velut
cum dicimus nos terra vel mare vectos. Non
utique a terra vel mare, sed per terram vel mare
et quos erant saxe. Multum ille et terris iacta-
tus et alto. Δ Genitivus casus quae regula?
M. Genitivus casus singularis numquam a nomi-
nativo suo minor est. Itaque aut totidem syl-
labis constare debet quot nominativus, aut sil-
una sillaba excedere. Int. Quomodo totidem
syllabis? R. Ut Virgilius, Virgilii; Terentius,
Terentii, et ob id geminatur. Int. Quomodo
una syllaba excedere? R. Hector, Hectoris;
Nestor, Nestoris. Accidunt autem nomina quaedam
contra supradictam rationem, quae duabus
syllabis excrescant in genitivo. Ut puta anceps,
ancipitis; praeceps, praecipitis; biceps, bicipitis; sup-
pellex, supellectilis. Ablativi regulae singularis
exceptis quibusdam nominibus aptotis. Ut nequam,
nugies, una et quinque vocalibus terminatur

at.

Quęcumq; nomina abl. cas. sing. o littera fuerint terminata. In gen. pl. in um sillabam exeunt; dat. & abl. in is. Ut puta ab hac tabula harum tabularum docto doctorum [illegible] his doctis. Quae uero in e t i fuerint terminata. e correpta in abl. gen. pl. in um t in ium. Ut ab hoc codice gen. codicum panum & ab pane & rupe rupium stirpe stirpium nocte noctium. Similimodo & quoq; aliquando in um ab hoc uigili uigilum pugili pugilum agili agilum facili facilium. D. & ab. in bus. his codicibus panibus rupibus stirpibus uigilibus facilibus. Quid si e producta fuerit in um sillabam mittit. D. & ab. in bus. ut ab hac specie specierum speciebus. Ac ubi u gen. pl. in uum. D. & ab. Ut ab hoc fluctu horum fluctuum. Curru curruum fluctibus curribus. INCIPIT DE HOMINE.

Comune duobus generibus. Sacerdus finis ciuis pauper. Tribus generibus felix prudens ingens lucens frequens fulgens. Promiscuus generis passer aquila ultor ardea accipiter grus bitunus & ceterorum auium nomina. Ecce alia cors excors concors discors sucors. Quidquid autem mensuratur t pensatur plurali numero flectitur. Ut est argentum aurum aes ferrum plumbum stagnum frumentum mel uinum lac butrum & cetera. Ecce alia que ex alia parte non declinantur

His in una. Ut est pater familias patris familias patri familias patrem familias pater familias patre familias. Sic mater familias matris familias. Filius nequam filii nequam filio nequam filium nequam. Sermo nugaces sermonis nugaces cogitatio nugaces cogitationis nugaces. Artificium nugaces artificium nugas. Domus diliciarum domus diliciarum. Locus iucunditatis loci iucunditatis. In declinatione compositorum nominum maniam uerere debemus. Ea quae ex duobus nominatiuis compositae fuerint per omnes casus declinare ex utraq; parte. Ut est quis romanus pretor romanus quae ex nominatiuo & alio colibet casu composita fuerint ea parte declinare qua fuerit nominatiuus casus. Ut praefectus equitum t senatus consolatum. Pudendum enim nobis ne ea nomina conponamus quae composita sunt aut conponi omnino non possunt; huiusmodi nominis casu [illegible] per differentiam nominum. Melius enim quam inter sillaba terminant. Ut har puppis nauis clauis. Sed haec regula accus. cas. sing. in e dum pl. [illegible] terminat. Ut hanc [illegible] puppi. Ex autem nominum quae genitiuo casu pl. in ium sillabam [illegible] possunt [illegible] regula est. Prima quae nom. cas. sing. s & n litteris fuerint terminata. Ut mons montium. Altera quae abl. cas. sing. e correpta finiant & feminina sunt. Ut ab hac clade harum cladium.